FLORA.

№ 30.

Regensburg. 14. August. **1853.**

Inhalt: ORIGINAL-ABHANDLUNG. Müller, Breviarium plantarum Ducatus Slesvicensis austro-occidentalis. — LITERATUR. Geleznoff, Observations sur le développement des bourgeons pendant l'hiver. — REPERTORIUM FÜR DIE PERIODISCHE BOTANISCHE LITERATUR. No. 44—46. — BEILAGE. Bericht über Dr. Sturm's naturhistorische Kupferwerke.

Breviarium plantarum Ducatus Slesvicensis austro-occidentalis composuit Ferdinandus Jacobus Henricus Müller, Phil. Dr.

Quamquam in litteris botanicis florae locales permultae haud parvi continentur voluminis, tamen opera minus ampla, si notam habent subtilitatis et veritatis, haud injucunde ingrateque excipiuntur. Nam quum ex iis majores florae alicujus terrae materiam sumunt, tum hae ipsae fundamenta sunt universae phytogeographiae; et candida naturae contemplatione, quae majore vel minore copia rerum fieri potest, et litterae augentur et contemplatores novi ipsi alliciuntur. Quodsi igitur observationes hoc sensu institutae scriptis exponuntur animos ad pulchritudinem naturae percipiendam factos incitant, ita ut haec etiam leviora opera ad multorum hominum cognitionem augendam faciant. Quum his rationibus, tum aliis causis impulsus sum, ut quae excursionibus botanicis nonnullorum annorum collegerim, ea qua decet modestia ac verecundia in lucem proferam. Et quamquam angustia rerum obstricto mihi non licuit, remotiores regiones ea diligentia perlustrare, quam proxime sitis regionibus adhibebam, tamen quae colligebam sufficient, quibus quamvis non plane perfecta tamen vera exprimatur imago vegetationis regionum circajacentium. Quare ex Europa discessurus quae collegi nolim amitti, sed ut alios excitarem ad opus inceptum persequendum, quantum potui, faciendum putavi. Quodsi praeterea et firma societas civitatum Slesvici et Holsatiae et potior in illa regione linguae Germacae usus non sinant secerni nostram floram a Germanica, id quod in majoribus operibus botanicis non semper agnoscitur, etiam illis operibus ea, quae sequuntur, utilia puto fore.

Universitätsbibliothek Regensburg urn:nbn:de:bvb:355-ubr05968-0484-4

Ad duos inter se cohaerentes regiones imprimis pertinent investigationes meae botanicae, ad terram continentur praefecturae Husumensis et agrum Eiderstadensem, quibus ambabus regionibus, quae sunt magnitudine duodecim milliariorum quadratorum et a 54° 15′ usque ad 54° 34′ latitudinis septemtrionalis et a 26° 16′ usque ad 26° 55′ longitudinis orientalis patent, partes Ducatus Slesvici ad meridiem et occidentem spectantes continentur. Attinguntur in parte septemtrionali Arbavo flumine, ad orientem versus maximam partem Treeneo flumine, quo eodem flumine etiam partes ad meridiem spectantes, ad eum usque locum ubi in Eidoram influit, circumdantur, inde vero hac ipsa fines australes continentur, occidentalis ora mari Germanico alluitur.

Fecunditas regionum quae secundum mare extenduntur praesertim effecta est stratis argillae, sale gravidatis, cujus alluvio etiam quotidie in litore animadverti potest. Postquam enim tutis locis singulis recessibus aestus pars accessu adductae argillae relicta est, donec annorum cursu tractus, qui saepe longissime in mare extenduntur, ad consuetum eriguntur statum aestus, tum *Ulvis*, *Confervis*, *Salicornia herbacea*, *Zostera marina* atque *minore* impletur luteum solum nuper comparatum, donec hoc primo vegetationis tegumento et perpetuis alluvionibus, quae majoribus aestibus augentur, ex solo, quod hoc tempore rarius expositum est inundationibus, primum *Schoberia maritima*, *Triglochin maritimum*, *Aster Tripolium*, *Atriplicia*, *Obione portulacoides et pedunculata*, *Glaux maritima*, *Plantago maritima* aliaeque plantae litorales existunt, postea autem graminibus tenuioribus locum concedunt.

Tamen propter varietatem soli eae regiones, quae „Geest," vocantur longe maximam habent copiam plantarum, quia in iis lacus, paluda, uliginos, silvae, agri, campi variant; tractus autem terrae depressioris, qui „Marsch" dicuntur, sine ulla sunt varietate soli et vegetationis, quae ideo quoque minus copiosa est, quod crebris zephyris paene ubique arborum incrementum opprimitur. Quamquam et zephyro et mari propinquo maxime temperatur calor frigusque, tamen iisdem incommoda coeli nebulosi humidi mutabilis nobis afferuntur. — Ut vegetationis imago accuratior esset, neque plantas efferatas neque eas, quae proximis locis extra fines mihi designatos reperirentur, omittere licuit. Nec enim interdum satis constat, utrum planta aliqua sit indigena an ex locis externis transposita, et saepe qui attento animo rem spectavit e majore numero ejusdem generis plantarum, quae sunt ad fines proximae, conjicere et ostendere potuit, quomodo in eos ipsos locos pervenissent.

Universitätsbibliothek Regensburg
urn:nbn:de:bvb:355-ubr05968-0485-0

Restat ut illud agnoscam, serie annorum magis magisque floram nostram indagationibus virorum praestantissimorum auctam ornatamque esse. Nam Oederus et Nolteus Professores, in itineribus per ducatum Slesvicum faciendis etiam territorium Eiderostadense et Husumense perlustraverunt; quorum alter, quae invenerat rarissima in flora Danica describenda curavit, alter non solum quae gravissima ipse animadverterat sed etiam annotationes, quas a Forchhammero et Ecklonio, Doctoribus, acceperat, in Novitiis florae Holsatiae publice tradidit.

Et postea quum nostrae terrae herbario ab amicissimo Hansenio Huesbyensi magna diligentia edito multi excitati essent ad pervestigandam floram patriam et ab illo ipso et a Paulsenio Ausackerio regiones circumjacentes denuo perlustratae sunt, neque id sine aliquo emolumento. Mihi autem id quod grata semper memoria recolam, praeclara horum virorum opera facultas data est copiae ubicunque colligendae, in re dubia explorandae, observationibus propriis additis brevissime explicandae illustrandaeque.

Plantae phanerogamicae partium Ducatus Slesvici austro-occidentalium secundum systema naturale dispositae.

I. Monocotyledoneae.

I. Monocotyledoneae hypogynae.

Fam. *Potamogetoneae* Lk.

1. *Potamogeton natans* L. frequens. 2. *P. oblongus* Viv. Immenstadt, Engelsburg. 3. *P. rufescens* Schrad. passim. 4. *P. gramineus* L. Mühlenteich β. *P. heterophyllus* Schreb. γ. *terrestris*, foliis omnibus coriaceis. Ibidem. 5. *P. lucens* L. Mühlenteich, Treene. β. *angustifolius* W. Mühlenteich. γ. *minor* Nolte. ibidem. δ. *acuminatus* Horn. Treene, Mühlenteich. 6. *P. perfoliatus* L. sparsim. 7. *P. crispus* L. praecedente frequentior. 8. *P. compressus* L. passim. 9. *P. obtusifolius* M. et K. Fresendelf. 10. *P. pusillus* L. in der Marsch. 11. *P. pectinatus* L. Treene, Osterhusum, Marsch. Var. foliis longioribus crassioribus, forsan species propria nunquam hic fructus maturat. 12. *P. densus* L. Süderstapel. 13. *Ruppia maritima* Koch. Ording. 14. *R. rostellata* Koch. Im westlichen Eiderstedt, Halbmond, Rödemis. 15. *Zannichellia palustris* L. Mühlenteich. 16. *Z. maritima* Nolte. Marsch.

Universitätsbibliothek Regensburg
urn:nbn:de:bvb:355-ubr05968-0486-6

Fam. *Najadeae* Lk.

17. *Zostera marina* L. Ad maris fundum frequens. β. *angustifolia* Horn. cum priore. 18. *Z. minor* Nolte. Padeluk—Hallig, Eidermündung.

Fam. *Aroideae* Juss.

19. *Acorus Calamus* L. Mühlenteich, Treene.

Fam. *Lemnaceae* Duby.

20. *Lemna trisulca* L. fere ubique. 21. *L. minor* L. valde frequens. 22. *Telmatophace gibba* Schleid. Marsch. 23. *Spirodela polyrrhiza* Schleid. Südermarsch.

Fam. *Typhineae* Rich.

24. *Typha latifolia* L. frequenter. 25. *T. angustifolia* L. multo rarior. 26. *Sparganium ramosum* Huds. In multis locis. 27. *S. simplex* Hds. haud rarius. 28. *S. natans* L. passim.

Fam. *Cyperaceae* Juss.

29. *Rhynchospora alba* Vahl. non ubertim. 30. *R. fusca* R. et S. Inter Hattstedt et Königsmark, St. Peter. 31. *Heleocharis palustris* Br. frequentissime. β. *major*. In aquis profundioribus. γ. *melanostachya* Ferd. Müll. pusilla, spica nigrescente. Rarior. 32. *H. uniglumis* R. et S. hinc inde. 33. *H. pauciflora* Lk. β. *campestris* (Roth.) Königsmark, Ahrenviöl, St. Peter. 34. *H. caespitosa* Lk. In ericetis vulgaris, varietas culmo pedali vel sesquipedali in umbrosis rarius. 35. *Scirpus lacustris* L. ubique. β. *Sc. glaucus* Sm. in locis depressis maritimis; hae species duae separari non possunt, nam in iisdem spiculis Sc. glauci flosculi inveniuntur stigmatibus duobus et tribus. 36. *S. maritimus* L. frequens β. *compactus* et γ. *monostachyos* Nolte sunt varietates rariores. 37. *Sc. Rothii* Hopp. Ad maris litora prope St. Peter. 38. *S. silvaticus* L. Immenstedt, Hochbarnhorst, Süderhöft. 39. *Scirpidium acicularе* N. ab Esenb. Zingel, Mühlenteich, Ostenfeld, Ording. 40. *Eleogiton fluitaes* Lk. rarius. 41. *Blysmus compressus* Panz. Rödemis, Augsburg. 42. *B. rufus* Lk. In graminosis maritimis extra syrtes prope St. Peter froquens. β. *bifolius* (Wallr.) iisdem locis multo rarior. 43. *Eriphorum vaginatum* L. In parte septemtrionali. 44. *E. angustifolium* Roth. vulgare. 45. *Carex dioica* L. Inter Engelsburg et Immenstedt. 46. *C. pulicaris* L. Süderholz, Osterfeld. 47. *C. disticha* Hds. hinc inde. 48. *C. arenaria* L. in arena mobili ubique. 49. *C. vulpina* L. frequens. 50. *C. muricata* L. non rara. 51. *C. paradoxa* W. Immenstedt. 52. *C. teretiuscula* Schk. 53. *C. paniculata* L. Mildstedt, Hollacker, Immenstedt. 54. *C. remota* L. In viretis silvarum. 55. *C. stellulata* Good. multis

Universitätsbibliothek Regensburg
urn:nbn:de:bvb:355-ubr05968-0487-2

locis proveniens. 56. *C. leporina* L. vulgaris. 57. *C. canescens* L. satis frequens. 58. *C. stricta* Good. Immenstedt. 59. *C. vulgaris* Fr. vulgatissime. *C. frisica* Koch. Jeverensis, quam in syrtibus insulae Sylt inveni, in dunis arenosis Eiderstedtii quaerenda. 60. *C. acuta* L. passim. 61. *C. pilulifera* L. hinc inde. 62. *C. praecox* Jacq. Immenstedt. 63. *C. panicea* L. fere ubertim. 64. *C. glauca* Soop. Ostenfeld, Immenstedt, Schwabstedt. β. *C. acuminata* W. cum forma legali γ. *pallida*, glumis pallentibus, ad litora maris prope St. Peter. 65. *C. pallescens* L. Ostenfeld. 66. *C. flava* L. haud raro proveniens. 67. *C. Oederi* Ehrhart. In syrtibus, Eiderstedt. 68. *C. fulva* Good. Immenstedt. β. *C. Hornschuchiana* Hoppe. Ostenfeld. 69. *C. distans* L. In graminosis maritimis prope St. Peter. 70. *C. silvatica* Hds. Süderhöft. 71. *C. Pseudocyperus* L. Rödemis, Hattstedter Marsch. 72. *C. ampullacea* Good. freqnens. 73. *C. vesicaria* L. Mühlenteich. 74. *C. paludosa* Good. haud ubique. 75. *C. riparia* Curtis. Inter Mildstedt et Rantrum, Fuchskuhle. 76. *C. hirta* L. Lamp, Graupenmühle, Rosendahl alibique. β. *composita* Ferd. Müll. spicis foemineis basin versus ternatis. Nordhusum.

Fam. *Gramineae* Juss.

77. *Phalaris arundinacea* L. passim. 78. *P. canariensis* L. Ad hortorum margines quasi spontanea. 79. *Hierochloa odorata* Wahlb. Mühlenteich. 80. *Anthoxanthum odoratum* L. frequentissime. 81. *Alopecurus pratensis* L. Süderhöft. 82. *A. agrestis* L. Tönning, Schauendahl. 83. *A. geniculatus* L. valde frequens. 84. *Phleum pratense* L. gregatim. β. *P. nodosum* L. in solo steriliore. 85. *Agrostis alba* Schrad. Rödemis β. *stolonifera* L. omnium varietatum frequentissima. γ. *A. maritima* Lam. In syrtibus, Eiderstedt. δ. *syrticola* Ferd. Müll. culmo decumbente adscendente, stolonibus abbreviatis, panicula multiflora straminea paulo patente. Ording. ε. *A. gigantea* Roth. Garding. 86. *A. vulgaris* With. satis frequens. β. *A. pumila* L. Flensburger Chaussée. 87. *A. canina* L. passim. 88. *Apera spica venti* Beauv. vulgaris. 89. *Calamagrostis lanceolata* Roth. passim. 90. *C. Epigeios* Roth. hinc inde. 91. *Psamma arenaria* R. et S. raro prope Haalebüll, frequenter in syrtibus Eiderstedti. 92. *P. baltica* R. et S. ibidem in Eiderstedt. 93. *Milium effusum* L. In viretis umbrosis totius regionis. 94. *Phragmites vulgaris* Lk. ubique. β. *repens* Meyer. In arenosis litoralibus prope Schobüll. 95. *Aira caespitosa* L. hinc inde. 96. *A. uliginosa* Weihe. Süderhöft in Eiderstedt. 97. *A. flexuosa* L. multis locis proveniens. 98. *A. caryophyllea* L. passim. 99. *A.*

Universitätsbibliothek Regensburg
urn:nbn:de:bvb:355-ubr05968-0488-8

praecox L. haud rara. 100. *Corynephorus canescens* Beauv. vulgaris. 101. *Holcus lanatus* L. frequens. 102. *H. mollis* L. antecedente rarior. 103. *Triodia decumbens* Beauv. non frequens. 104. *Melica uniflora* Retz. in silvarum pratis. 105. *Avena strigosa* Schreb. rarius. 106. *A. pubescens* L. Königsmark, Engelsburg. 107. *Briza media* L. hinc inde. 108. *Poa annua* L. ubique. 109. *P. nemoralis* L. Süderhöft bei Schwabstedt. 110. *P. trivialis* L. frequens. 111. *P. pratensis* L. vulgatissime. β. *angustifolia*; multo rarior. γ. *P. humilis* Ehrh. Ad moles prope Husum. 112. *P. compressa* L. Süderstapel. 113. *Glyceria spectabilis* M. et K. passim frequens. 114. *G. fluitans* Br. hinc inde copiose. 115. *G. distans* Wahlenb. Aue, Haalebüll, Simonsberg. 116. *G. maritima* M. et K. Haalebüll, Simonsberg. 117. *G. airoides* Rchb. In terrae tractu depressiore. 118. *Molinia caerulea* Mönch. non rara. β. *sylvatica*. In syrtibus insulae Sylt inveni varietatem aliam γ. *depauperatam* Hook. panicula tenuiore, foliis duplo angustioribus. 119. *Dactylis glomerata* L. frequens. 120. *Cynosurus cristatus* L. hic illic. 121. *Festuca ovina* L. vulgata. 122. *F. duriuscula* L. minus frequens. 123. *F. rubra* L. non rara. β. *arenaria* Fr. In syrtibus. 124. *F. arundinacea* Schreb. passim. 125. *F. pratensis* Hds. fere ubique. 126. *F. borealis* M. et K. Steinschleuse bei Süderstapel. 127. *Bromus giganteus* L. non ubique. 128. *B. secalinus* L. Schobüll und Westeiderstedt. 129. *B. racemosus* L. praecedente vix frequentior. 130. *B. mollis* L. valde frequens. 131. *B. sterilis* L. circa Husum. 132. *Agropyrum junceum* Beauv. Haalebüll, St. Peter. 133. *A. affine* Rchb. Schobüll 134. *A. acutum* R. et S. Süderheft in Eiderstedt. 136. *A. repens* Beauv. α. *Leersianum*. β. *subulatum*. γ. *Vaillantianum*, omnes hae formae frequentissimae. δ. *caesium* Presl. Süderhöft. 137. *Elymus arenarius* L. Schobüll, Westeiderstedt. β. *longivalvis* Ferd. Müller. iisdem locis. 138. *Hordeum murinum* L. frequens. 139. *H. secalinum* Schreb. In litore maris. 140. *H. maritimum* With. von Rödemis bis Dreisprung, selten bei Brosum. 141. *Lolium perenne* L. gregatim. β. *tenue* Schrad. in sterilissimis. γ. *ramosum* R. et S. Aue, Flensburger Chaussée. δ. *viviparum* DC. ibidem. 142. *L. linicola* Sond. passim. 143. *L. temulentum* L. Schwesing. 144. *Nardus stricta* L. satis frequens.

II. Monocotyledoneae perigynae.

Fam. *Junceae* de la Harpe.

145. *Juncus conglomeratus* L. frequens. 146. *J. effusus* L. frequentissime. 147. *J. glaucus* Ehrh. Catharinenheerd. 148. *J. filiformis* L. hinc inde. 149. *J. pygmaeus* Rich. Süderhöft in Eider-

Universitätsbibliothek Regensburg
urn:nbn:de:bvb:355-ubr05968-0489-6

stedt. 150. *J. capitatus* Weig. antecedentis socius. 151. *J. obtusiflorus* Ehrh. Olderup. 152. *J. silvaticus* Reichb. frequens. 153. *J. lamprocarpus* Ehrh. in locis paludosis fere ubique. 154. *J. alpinus* Vill. St. Peter. β. *conglomeratus*. Ferd. Müll., flosculis in capitulum contractis. γ. *viviparus* eodem loco. In solo humido planta procumbens ramulis anthelae elongatis reperitur. 155. *J. supinus* Mönch. β. *elatior*. γ. *J. stolonifer* Wohlleb. non ubique. 156. *J. squarrosus* L. sparsim. 157. *J. compressus* Jcq. passim, ad maris litora cum sequente frequens. 158. *J. Gerardi* Loisl. 158. *J. Tenageia* Ehrh. Rödemis. 159. *J. bufonius* L. β. *fasciculatus* K. ad mare balticum provenit valde frequens. 160. *Luzula pilosa* W. in silvis nostris omnibus. 161. *L. campestris* Cand. β. *L. erecta* Desv. γ. *L. congesta* Lej. hic illic. 163. *L. albida* Cand. Schwabstedt.

Fam. *Juncagineae* Rich.

164. *Triglochin palustre* L. frequens. 165. *T. maritimum* L. in pratis litoralibus.

Fam. *Alismaceae* Rich.

166. *Alisma ranunculoides* L. Mühlenteich, Süderholz, Ording. 167. *A. Plantago* L. frequentissime. 168. *Sagittaria sagittifolia* L. Mühlenteich, Treene.

Fam. *Butomeae* Rich.

169. *Butomus umbellatus* L. Porrenkoog, Hettstedter Marsch.

Fam. *Asparagineae* Rich.

170. *Convallaria majalis* L. haud rara. 171. *Polygonatum vulgare* Red. Olderup. 172. *P. multiflorum* Desf. in silvis omnibus. 173. *Majanthemum Convallaria* Web. frequens iisdem locis. 174. *Paris quadrifolia* L. Süderhöft.

Fam. *Liliaceae* Rich.

175. *Tulipa silvestris* L. Schlossgraben bei Husum. 176. *Narthecium ossifragum* Hds. passim. 177. *Anthericum Liliago* L. In virgultis querneis prope Engelsburg, olim etiam in Schauendahl & Königsmark. 178. *Ornithogalum umbellatum* L. In area arcis Husumensis. 179. *O. nutans* L. cum priore. 180. *Gagea spathacea* Schultes, multis locis frequenter vel rarius. 181. *G. lutea* Schult. hinc inde. 182. *Allium ursinum* L. Süderhöft. 183. *A. acutangulum* Schrad. Schauendahl, Königsmark. 184. *A. oleraceum* L. circa arcem Husumensem. 185. *A. Scorodoprasum* L. Brecklum.

III. Monocotyledoneae epigynae.

Fam. *Narcisseae* Rich.

186. *Narcissus Pseudo-Narcissus* L. ad arcem Husumensem. 187. *Galanthus nivalis* L. ibidem.

Universitätsbibliothek Regensburg
urn:nbn:de:bvb:355-ubr05968-0490-9

Fam. *Irideae* Jss.

188. *Crocus vernus* Allion. Ex multis annis in area arcis Husumensis spontaneus. 189. *Iris Pseudacorus* L. passim.

Fam. *Orchideae* Jss.

190. *Orchis maculata* L. passim. 191. *O. latifolia* L. frequentior. 192. *O. angustifolia* W. et G. passim. 193. *Leucorchis albida* Ldl. olim ad lacum (Mühlenteich) prope Husum et Schauendahl, nunc tantum prope Brecklum. 194. *Platanthera bifolia* Rich. Schwesing. 195. *P. chlorantha* Custor. antecedente frequentior. 196. *Epipactis palustris* L. In syrtibus prope Süderhöft in Eiderstedt. 197. *E. latifolia* L. Süderhöft bei Schwabstedt. 198. *Neottia Nidus avis* Rich. Schwabstedt, Süderhöft. 199. *Malaxis paludosa* Sw. β. *densiflora* Ferd. Müller, floribus crebris ad spicam densam contractis. In virgultis syrtium Eiderostadensium solo madido.

Fam. *Hydrocharideae* Jss.

200. *Hydrocharis Morsus ranae* L. planta haec et sequens in fossis terrae depressae Marsch dictae frequenter. 201. *Stratiotes aloides* L.

Fam. *Nymphaeaceae* Salisb.

202. *Nymphaea alba* L. Mühlenteich, Süderholz. 203. *Nuphar luteum* Sm. frequentius. (Finis sequetur.)

Literatur.

Observations sur le développement des bourgeons pendant l'hiver par N. Geleznoff. Mit 2 Tafeln. (Bulletin de la société impér. des Naturalistes de Moscou 1851. No. III.)

Ohne hier dem Verf. in der Beleuchtung der Hypothesen verschiedener Autoritäten über das Pflanzenleben während des Winters zu folgen, wollen wir sogleich in medias res eingehen, d. h. das von ihm wirklich Beobachtete mittheilen. Die bei den einschlägigen Versuchen beobachtete Operationsweise, wie sie Verf. beschreibt, bürgt für die bei solchen minutiösen Experimenten möglichste Genauigkeit. Die Untersuchungen fallen in den Winter $^{47}/_{48}$, der für Moskau äusserst gelind war, ein für die Lösung des gegebenen Thema's nicht günstiger Umstand; wozu noch kommt, dass dieser Winter charakterisrt war durch auffallend wenig Schnee.

Die erste Pflanze, zum Zweck der Abhandlung beobachtet, war *Ulmus effusa* Willd. Um die Beobachtungsresultate möglichst kurz und erschöpfend zu geben, theilen wir folgende Tabellen mit:

Universitätsbibliothek Regensburg urn:nbn:de:bvb:355-ubr05968-0491-5

ZOBODAT - www.zobodat.at

Zoologisch-Botanische Datenbank/Zoological-Botanical Database

Digitale Literatur/Digital Literature

Zeitschrift/Journal: Flora oder Allgemeine Botanische Zeitung

Jahr/Year: 1853

Band/Volume: 36

Autor(en)/Author(s): Müller Ferdinand v.

Artikel/Article: Breviarium plantarum Ducatus Slesvicensis austro-occidentalis 473-480